

teret ita per modum obiecti, quod eius presentiam acquirere non possit propria virtute, sed supponi debet productum per antecedens miraculum, ergo non concurreret per modum obiecti naturaliter movens, sed supernaturaliter; Respondeo per hoc probari tantum eam cognitionem esse supernaturalem tantum presuppositivam, quatenus haberi non potest, nisi aliquid supernaturale praesens, non vero proprie, & formaliter nam postea quam posita est in esse praesentia corporis Christi in Eucharistia, aut alius actus supernaturalis elicitus ab intellectu, cum sit ens creatum, continetur intra obiectum adaequatum intellectus creati, potestque illum naturaliter movere, si fuerit illi sufficienter applicatum.

331 Tertio omnia mysteria gratiae sunt simpliciter supernaturalia, & ordinis supernaturalis, non igitur habere possunt naturalem proportionem eam naturalem lumine intellectus Angelici, nam naturale lumen proportionatur solum cum obiecto ordinis naturalis. Confirmatur, quia potentia debet esse cum obiecto in eodem ordine, ergo si hoc est supernaturale, debet esse aliud quod comprehendit supernaturale potentiam elevans, quia sicut ad intelligentiam supernaturalem requiritur lumen supernaturale, ita ad cognitionem rei supernaturalis requiritur lumen supernaturale, quomodo rationem fusc prosequitur Amicus *disp. 13. ut caeteris meliorem.*

Resp. esse alioris ordinis extrinsecum solum respectu causae efficientis, & subiecti, cui sunt indebita, alioquin intrinsecum, & secundum entitatem considerata, ut praecedunt ab omni extrinseca habitudine ad causam, vel subiectum nulla apparente ratio alioris ordinis, ut nequeant ab Angelo naturaliter cognosci; cum in actu posita iam sint entia creata, & sub obiecto naturali intellectus eius contenta, unde quoad intelligibilitatem dici possunt, ac debent ordinis naturalis formaliter, & in se, & solum dici possunt ordinis supernaturalis presuppositivem modo iam explicato.

Ad Confirmationem iam dictam est potentiam in re nostra esse cum obiecto in eodem ordine, nam ens supernaturale licet in ratione effectus continetur in ordine superiori per comparationem ad agens, tamen in ratione obiecti comparatione potentiae cognoscibilis dicitur ordinis naturalis, & ideo lumen naturale sufficit ad percipiendum tale obiectum, & absolute tamen loquendo assumptum illud omnimodam veritatem non habet, & illa aequalitas ordinis potentiae cum obiecto solida non est, ut ait Arriaga, nam etiam potentia elevata lumine gloriae ad videndum Deum adhuc est in diverso ordine a Deo, in enim est in ordine increato, & se infinito, illa autem in ordine finito, & ab alio, seu creato, & tamen illi potentiae hic constituta naturalis est visio Dei.

332 Quarto, urget rationem D. Thomae, res supernaturales pendet a sola Dei voluntate; ergo non possunt naturaliter cognosci, quia voluntas Dei naturaliter non cognoscitur a creatura. Haec ratio omnimodum infirmior celetur a Recentioribus, tum quia Angeli quoque existentes pendet a Dei voluntate, & tamen Angelus naturaliter cognoscitur ab Angelorum, quia aequo probet res supernaturales quoad modum ab Angelo cognosci non posse, quoniam bix ex sola Dei voluntate pendet, secundum esse, aut non esse, ut oculi resitudozium quia quando res existit, & postea est facta, iam eo ipso per ipsam Dei voluntas manifestatur, sicut licet alius meam voluntatem in seipso videre nequeat, potest tamen videre effectum externum ab ea procedentem, & ex illo cognoscere voluntatem meam. Nituntur tamen Thomae hanc D. Thomae rationem defendere; Nazarius inquit Divum Thomam non loqui de his quae pendet ex divina voluntate precise, sed de his quae propria voluntate producit supra totum ordinem naturalem, qualis non est existentia Angeli, addit ea proprie dici ex sola Dei voluntate dependere, quae nullam habent dependentiam, aut naturalem connexionem cum rebus ordinis naturalis. Sed ita explicando rationem D. Thomae variatur medietas terminus, aliud enim est aliud pendere ex divina voluntate sola in sua existentia, aliud vero illud produci supra totum ordinem naturalem; multa namque in sua existentia pendet a sola Dei voluntate, quae tamen non producantur supra totum ordinem naturalem; tum quia aliqui effectus supernaturales quoad substantiam licet nullam habeant dependentiam, vel naturalem connexionem cum rebus ordinis naturalis, ut naturalem connexionem cum rebus ordinis naturalis in ratione effectus productibilis, habent tamen talem connexionem cum eis in ratione obiecti cognoscibilis, ut probatum est. G. ranandus ait esse disparitatem rationem de existentia Angeli, & alienius effectus supernaturales, quia res supernaturales, ita pendet a Deo, ut non habeat Angelus species de illis, secus de existentia Angeli. Serra ait rationem hanc esse intelligendam de his, quae a sola Dei voluntate pendunt non tantum quoad eorum productionem, sed etiam quantum ad cognitionem. In qua solutione bene nota videtur Arriaga aperit principii petitionem, id enim est quod quaeritur, cur Angelus species habeat: etiam naturaliam, non vero supernaturalem, cum aequo ambx pendeat a voluntate Dei,

que principij petio alibi patentia est in auctoritate Serra.

Aversa, & Lezana inquit addere oportere, quod mysteria gratiae dependent ex voluntate Dei, tanquam auctoris supernaturalis, Angelus autem non potest propriis viribus cognoscere Deum, ut auctorem supernaturalem, ad libera ipsius de cetero hoc specialiter revelatione. Pontius dicit arguendo sic explicari, & ob id ita esse valde probabile, quod Angelus nequeat naturaliter cognoscere entia obiecta, quod Angelus naturaliter in substantia, atque ideo cognitionem nostram intelligendam vult de cognitione probabilis, si quae ait explicandos esse Scotum, & Scotus, si voluit. Supplicor tamen nec Scotum, nec Scotias velle sic explicari, quia ipsi palam loquuntur de cognitione certa, & evidenti, ut constat ex probatione conclusionis. Reicienda est itaque haec etiam ultima solutio, tum quia ipsa quoque variat medium in ratione D. Thomae, ut patet, tum quia ex cognitione tallum effectum supernaturalem in substantia non immediate, & directe cognosceret Deum, ut auctorem supernaturalem, sed tantum indirecte, & arguente mediante distinctio, ex eo enim, quod actu reflexivo se videret actu beatificum, & copio, quo videret illum esse reprobationem Dei, ut est in se, colligere posset, quod esse visio beatifica, & quod ad eam concurreret Deus, ut auctor supernaturalis; & ex eo, quod videret idem corpus esse simul, & semel in pluribus locis, & cognosceret eam locorum simultatem non esse ulli corpori con naturalem, inde colligere posset, quod a Deo sit producta, ut ab auctore supernaturali; Dies, etiam absurdum esse concedere, quod creatura ex puris naturalibus arguitur, & mediante distinctio possit cognoscere Deum, ut auctorem supernaturalem, quia ad hoc necessaria est specialis revelatio, unde Philo sophi quantumvis acute discurrerint ex effectibus creatis, nunquam potuerunt plus Deum cognoscere, quam ut naturae auctorem. Respondeo plus non possunt Philosophos, quia non discurrerant ex effectibus creatis, nisi ordinis naturalis; & gratis concedo, nec Angelum ex puris omnino naturalibus nullo supposito miraculo etiam arguitur Deum cognoscere, ut auctorem supernaturalem; unde supra dixi ad hoc suppositum debere aliquod miraculum, quod licet a Deo supra naturam agente producta sit praesentia Corporis Christi in Eucharistia, vel visio in intellectu beatorum, quae ideo dixi cognitionem tallum effectum supernaturalem ab Angelo naturaliter cognoscitur dici debere supernaturalem presuppositivem, quia non potest haberi, nisi aliquid supernaturale praesens, non vero proprie, & formaliter.

Quinto argumentatur Suarez, ad cognoscenda ea, quae sub eius obiecto comprehenduntur, habet Angelus viam, & modum sibi naturaliter debitum, & ita sunt illi species naturaliter debita, vel a principio indite, vel per naturales causas acquiribiles; sed ad cognoscenda haec supernaturalia entia non habet Angelus naturalem viam, quia nec species tallum rerum magis sunt illi naturaliter debita, quam ipsae qualitates gratiae, nec tales species per causas naturales fieri possunt. Confirmatur species proprie representantibus haec entia supernaturalia in se sunt eisdem ordinis cum ipsis; ergo oportet, ut sint supernaturales; ergo non possunt esse debita Angelis, quia ipsa supernaturalia dona; probatur assumptum, quia spes debet habere entitatem, & immaterialitatem proportionatam ad representandum obiectum prout est, & ideo opus est, ut eisdem ordinis sit cum illo.

Respondeo negando minorem, nam possent videri ab Angelo actus, & habitus proprii supernaturales absque ullis speciebus cognitione intuitiva, ad quam species necessaria non est; & dato illam haberi non posse sine speciebus, negatur istas non esse magis debitas, quam ipsa dona supernaturalia, nam Angelo non debetur albedo, & tamen est ei debita species albedinis; nec uni Angelo est debita intellectus alterius, & tamen est ei debita species illius, quamvis ergo non debeatur Angelo res supernaturalis non tamen hinc redde inferri neque ei debet species de sua re supernaturali, sed hoc est aliunde probandum; Ad Confirmationem negatur assumptum, quia species semper deficit entitative de perfectione obiecti, alioquin species substantiae deberet esse substantia, & experiri species in intelligibile rei materialis non esse eisdem ordinis cum re materiali quantum ad rationem materialitatis; licet sit eisdem ordinis quantum ad rationem naturalitatis; sic ergo in proposito opus non erit speciem rei supernaturalis esse eisdem ordinis cum illa quantum ad rationem supernaturalitatis; ad probationem illius assumpti concedo speciem debere habere entitatem proportionatam ad representandum obiectum, ut est in se, sed negatur hinc sequi, quod esse debet eisdem ordinis cum illo, quia cum illo pro portio sit solum in representando, non in essendo, talem non possunt conveniendam, ut sint eisdem ordinis quantum ad efficientiam; sed sufficit sola transcendentalis similitudo in gradibus spiritualitatis. Itaque species illorum actuum, & habituum supernaturalium essent naturales, & Angelo conquirat aliter debet presuppositiva existentia illorum actuum, & ha-

& habitum; sive ponatur ad Deo infusae, sive ab illis qualitatibus productae; nec illa apparet ratio, cur tales species ab eis produceret esse deberent supernaturales, sicut ipsae qualitates, ut concedit Suarez, non enim omnia, quae a re supernaturali producuntur, sunt formaliter in re supernaturali; multa enim sunt talia solum praesuppositivem, ut patet in dolore, quem potest Daemon naturaliter habere de amissa gratia; cuius manifestum redditur rationem a priori Arriaga *loc. cit.* quia licet sola res naturalis nequeat supernaturale producere, nam inferior non potest producere superiorem, quia eam non continet, & contra tamen potest res superior producere inferiorem; sic Deus ens a se, spirituale, intellectivum, producit entia finita, materialia, non intellectiva, & in creatis licet accidens non producat substantiam, quia eam non continet, tamen substantia producit accidens, sic igitur in re nostra, licet res supernaturalis nequeat a sola naturali produci, potest tamen eam producere, & consequenter potest speciem illi, vel cognitionem naturalem producere in intellectu Angeli, supposito miraculo, quod ea res supernaturalis sit semel a Deo producta, ut auctore supernaturali.

333 Sexto arguitur Suarez, specialiter de mysterio Euchar. existentia corporis Christi in Sacram. co versio panis, & vini, atque conservatio accidentium abque subiecto sunt obiecta merè credibilia, ut ajunt Patres, non ergo naturaliter attingibilia, alioquin fides infusa non esset simpliciter necessaria ad illa cognoscenda, siquidem ad cognitionem illam posset natura attingere, si non esset simpliciter eminentior omni cognitione naturali. Confirmatur, quia ut cognitio praesentis corporis Christi in Sacramento cognoscitur per cognitionem substantiae corporis Christi, aut per propriam speciem sui non primum, quia substantia corporis nullam habet convenientiam cum hac praesentia, siquidem substantia corporis requirit de le extensionem ad locum, & esse modo quantitativo in localitate autem existentia Sacramentalis le habet opposito modo, neque secundum, quia species illa est supernaturalis. Respondeo non omne credibile, seu quod est obiectum fidei esse solum supernaturaliter attingibile, siquidem existentia Dei, ac unitas sunt obiecta fidei, ac etiam naturaliter cognoscibilia, ut dictum est in Metaphysica; ita igitur in proposito praesentia corporis Christi in Eucharistia, & conservatio accidentium sine subiecto, quamvis respectu intellectus sensibus alligati sint obiecta merè credibilia, quo sensu

loquuntur Patres, & Ecclesia, cum ait, *quod non capis, quod non vides, animosa firmas fides*, tamen respectu intellectus separati est obiectum etiam naturaliter sensibile; neque respectu huius intellectus est necessaria simpliciter fides infusa ad illa cognoscenda, sed tantum respectu illius, ut ait Doctor *loc. cit.* in solutione ad secundum principale. Ad Confirmationem satis constat ex dictis ad argumentum precedens.

336 Postremo urget testimonium Scripturae, & Sanctorum, quibus manifeste significant mysteria gratiae etiam in actu positiva cuicumque intellectui sive coniuncto, sive separato esse occulta; pro mysterio Incarnationis adducitur illud *Isaie 63. quis est iste, qui venit de Edem cinctus vestibus?* in quem locum Dionysius *cap. 7.* celestis hierarch. ait, quod est vox Angelorum interrogantium Christum euntem in Coelum, pro visione beata adducit illud *1. Corint. 2. oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quae preparavit Deus, &c.* ubi loquitur Apostolus de oculo intellectuali, & solum Deum excipit a visione mercedis, sive praemii dilectorum Dei preparati; pro mysterio tandem Eucharistiae adducitur Damascenus *lib. 4. cap. 5.* ubi loquens de Sacramento Eucharistiae ait, *verè spiritus operatio haec, quae supra naturam sunt, operatur, quae non potest capere, nisi sola fides, ex quibus, & similibus testimoniois concludit Nazarius simul cum aliis Thomis Scoti sententiam esse temerariam, & non satis fidei contentaneam.*

Respondeo non nisi temerè, ac temerariè ex praesatis testimoniois deduci ab Aduersariis temerariam esse Scoti sententiam, & parum fidei contentaneam; primum enim testimonium non urget, cum mysterium Incarnationis peculiariter habeat rationem, cur nequeat naturaliter ab Angelo intuitivè cognosci, neque abstractivè sub proprio, & quidditivè conceptu, ut constat ex secunda conclusionis parte. Neque secundum urget, quamvis enim ibi loquitur Apostolus praesertim de oculo corporali, & intellectu coniuncto, ut patet ex eius verbis dato tamen quod de quocumque loquitur creatio intellectu, adhuc nihil faceret negotii, nam fallum est, quod videns beatam visionem videret quocumque Deum intuitivè, quo pacto visus est nostra merces, ut patet ex dictis *nu. 323.* Nec tandem urget tertium, quia Damascenus ibi loquitur de nobis pro statu isto, ut exponit Doctor *loc. cit.* in solutione ad tertium principale.

# DISPUTATIO TERTIA DE DEMONIBUS.

## QUESTIO PRIMA.

An Demones peccare potuerint in primo sua creationis instanti.



ACTENUS egimus in praecedenti disputatione de Angelis ex sua natura consideratis, & indistinctè sive bonis, sive malis; nunc speciatim in praesenti disputatione de Angelis malis agendum est, qui Daemonum appellatio solent intelligi, & dicuntur Angeli mali non ex natura sua, sed ex culpa; & sensus quaesiti est, an Angeli mali iuncta naturam suam peccati potuerint peccare in primo instanti, quo fuerit creati; alioqui si considerentur in gratia sanctificante, & cum actuali conversione ad Deum, sicut de facto creantur, unice cum hac gratia, & conversione non poterit simul stare peccatum, cum peccatum, & gratia saltem de potentia ordinaria simul esse nequeant. Supponimus hic enim ex communi uerbum Scholasticorum, sed etiam Patrum consensu omnes Angelos fuisse ab initio in gratia conditos, ut luculentè deducitur ex illo *Isaie 14. quomodo cecidisti Lucifer, qui mane oriebaris?* Et ex illo *Ezech. 28. in deliciis paradisi Dei fuisti omni lapide pretioso ornatus*, quem locum explicans *Aug. 1. 11. de Civ. 1. 5.* inquit, *ex quo intelligitur fuisse aliquando sine peccato, & adhuc clarius ex epitola Iudae, ubi de malis Angelis, dicitur, Angeli vero qui non servaverunt suum principatum, sed dereliquerunt suum domicilium, quod fit Angeli mali nunquam boni fuissent, sed semper mali, non dicerentur reliquisse domicilium, si licet innocentiae, quia nunquam illam habuissent.*

Quibus testimoniois accedit auctoritas Concilii Bracarenfis sub Ioanne III. can. 7. damnantis dicentes, *Diabolum non fuisse prius Angelum bonum a Deo factum, ac proinde hanc opinionem,*

ut erroneam, & ab Universitate Parisiensis damnatam referunt D. Thomas *1. p. quaest. 63. art. 5.* & D. Bonavent. *2. dist. 3. art. 1. quaest. 2.* quam secutus est Bugubinus *l. 8. de heremi Philo. cap. 38.* propter verba Christi Domini *Io. 8. ille homicida erat ab initio, & Io. 3. ab initio Diabolus peccat;* quae tamen testimonia non urgent, nam *Aug. lib. 11. Genes. ad lit. cap. 16.* verba illa explicat non de primo peccato Luciferi, vel sicuturum; sed de illo, quod commisit inducendo primos homines ad peccandum; quod si de primo Luciferi peccato intelligi debere quis contendat, non adhuc urget, quia de initio peccati, non de initio creationis sunt intelligenda iuxta aliam Augusti expositionem *1. de Civit. cap. 15.* ubi ait, *& illud, quod ab initio Diabolus peccat, non ab initio, ex quo creatus est, peccare putandum est, sed ab initio peccata, quod ab ipso superbia cepit esse peccatum;* quod si tandem etiam de initio creationis ibi sermone fieri contendas; neque adhuc urget, nam particula *ab initio* non denotat momentum ipsum individuum suae creationis, aut totius mundi, sed parum post initium mundi, ratione cuius parva distantia dicitur ab initio peccasse; Quae sit igitur solam esse de possibili & sensus est an prima operatio voluntatis Angeli potuerit esse mala, vel peccaminosa.

His praemissis tres extant sententiae in hac controversia, duae extremae, & una media; Prima extrema est Thomistarum absolute negantium potuisse Angelum peccare in primo sue creationis instanti, tum de potentia ordinaria, quam ab obiecto; ita D. Thomas *1. p. quaest. 63. art. 5.* ubi eius expostores Cajet. Bannes, Zamel, Nazarius, Serra, Salmatic. *disp. 1. in duobus univ. Ioan. de S. Thoma qu. 59. dist. 23. art. 2.* Arrabal *disp. 1. 3. cap. 2. & 4.* Granad. *tract. 1. dist. 4.* Capreol. *2. dist. 9. 1. Ferrar. 3. contra gentes cap. 109.* & alii. Altera sententia extrema est Scotistarum, ac Nominalium simpliciter absolute affirmantium potuisse Angelum peccare in primo sue creationis instanti etiam de potentia ordinaria, ita Scotus *2. dist. 5. quaest. 2.* Mairon. *qu. 3. Bassol. quaest. univ. art. 2.* Greg. *quaest. 1. art. 2.* Aureol. *dist. 4. art. 2. & 3.* Rubion

Rubion. dist. 2. quæst. ult. Ocham quol. 2. q. 6. Rada controvers. 11. arr. 3. Faber dist. 28. Brancasius dist. 10. qu. 1. Poncius dist. 15. quæst. 2. Vulpes dist. 21. art. 5. Valquez dist. 236. cap. 3. Arriaga dist. 14. Molina, Valencia, Becanus, Averfa, & alii Recen- siores passim. Tertia tandem sententia media docet potuisse quidem Angelum de potentia Dei absolutâ peccare in primo suæ creationis instanti, non tamen de potentia ordinariâ, seu ut alii dicunt potuisse quidem physicè, non tamen moraliter, ut Suarez lib. 7. de Angelis c. 20. Malonius 3. dist. 6. dist. 7. Amicus dist. 20. sect. 3. Czarna irat. 6. dist. 8. quæst. 6. & alii nonnulli pantes in hunc modum conciliare adductas sententias exto- mas Thomistarum, & Scotistarum.

ARTICULUS PRIMUS.

Resolutio quæstionis affirmativa.

3 Dicendum est, simpliciter, & absolute loquendo potuisse Angelum peccare in primo suæ creationis instanti tam de potentia Dei absolutâ, quam ordinariâ. Conclusio est Scoti, & Scotistarum, & aliorum pro secunda sententia citat. pro qua adducit Doctor Aug. 11. de Civit. cap. 13. ubi dicit con- sentire cum Manicheis qui dicunt Angelos in primo instanti fuisse majores, si tamen dicant se, & à pravo usu libertatis æquali suæ creationi quoad durationem; & non à Deo factos esse malos; in quo dicto palam supponit id fuisse possibile; similiter lib. 11. Gen. ad lit. cap. 9. & seq. in utraque partem disputat, utrum aliqui Angeli in primo instanti suæ creationis mali fuerint, semperque supponit id fuisse possibile, & ulterius eam quoque probat efficacissimis rationibus, quibus passim Recen- siores utuntur, & in casum Thomistæ nituntur respondere, ut mox patebit.

Primo itaque probatur à Scoto loc. cit. s. teneo igitur Angelus in primo instanti habuit omnia, quæ requiri possunt ad peccan- dum; ergo potuit peccare; consequentia patet, & probatur antecessens quia habuit intellectum, quo cognoscebat bonitatem, & malitiam obiectorum; perfectum ulum rationis, quo discernerebatur inter bonum, & malum, perfectam libertatem, ut eligeret, quod vellet; habebat concupiscentiam Dei paratam, nec erat in quo impediretur, nec ab intrinseco, nec ab extrinseco; item habebat potentiam ad peccandum, quia erat ex nihilo factus; & tandem habere poterat negationem gratiæ efficacis, quæ determinaret ad non peccandum. Confirmatur, quia his de rebus necesse erat, ut saltem peccare potuit in secundo instan- ti, aut aliquo alio posteriori; ergo etiam in illo omnino primò antecessens patet, & consequentia probatur, quia omnia principia, quæ illi sufficientia erant ad peccandum pro sequenti instanti, poterant etiam sufficere in illo primo instanti, in quo omnia illa habebat.

Respondent Serra, & Nazarius qu. 62. art. 5. controvers. 2. saltem esse antecessens, & ad probationem adiunt libertatem arbitrii ex parte voluntatis fuisse tantum quoad exercitium, non autem quoad specificationem actus, erat enim actus ille primus necessa- rio determinatus ad rectitudinem; ut autem quis peccare possit, necesse est ejus voluntatem esse indifferentem ad actum rectum, & non rectum, seu ad bonum, & malum. Sed contra, quia ex hoc saltem sequitur potuisse Angelum in eo primo instanti peccare peccato omissionis, ut postea urgebimus, quia ad sic peccandum sufficit sola exercitii libertas, sine libertate specificationis; Tum quia assignari nequit, unde proveniat necesse determinatio illius primi actus ad rectitudinem; nam præterquam quod actus ille non esset perfectè liber, vel hæc deter- minatio luminis ex eo, quod primus actus voluntatis debet esse conformis inclinationi ejus naturali, & voluntas non habet inclinationem ad peccandum; & hoc non, quia inclinatio natu- ralis necessitatem non ingerit, eademque prorsus permanet inclinatio in Angeli voluntate pro tempore sequenti; ergo si postea necessitatem non afferit, nec etiam in illo primo instanti. Vel luminis ex eo, quod voluntas primum actum suum exerce- re debet circa ultimum finem, & appetendo ultimum finem non peccat. Sed neque opus est voluntatem primum actum suum exercere circa ultimum finem; & præterea de facto Angeli secundum Adversarios quoque exercendo actum circa ul- timum finem peccatum inordinatè nimirum illum appetendo. Vel denique determinatam voluntatem Angeli in primo instanti ad actum rectum ex speciali concursu Dei, & mantentoria divina; & neque hoc admitti potest sine præjudicio libertatis Angelicæ voluntatis; neque id quæstioni satisfacit, quæ non est de voluntate Angeli præventa speciali gratia Dei, sed de Angeli suæ naturæ relicto cum solo concursu generali Dei.

Respondent Io. de sancto Thoma Angelum peccare non posse, nisi ex defectu cognitionis, vel ex inordinantia, quem de- fectum in primo instanti habere non potuit, unde concludit n. 30. impotentiam Angeli peccandi in primo instanti non prove-

nire in illo ex defectu potentie physice, sed per accidens, & ex impotentia dictaminis defectuosi. Caterum absolute lo- quendo saltem ex defectu in intellectu semper præcedere de- bere defectum in voluntate, ut patet quæst. seq. vel ergo po- tuit Angelus in primo instanti abique hoc defectu peccare, vel si potest hunc defectum habere in tempore sequenti, poterat etiam in primo instanti cogitando de obiecto non conformi rectè rationi, aut de obiecto in se bono, non tamen sufficienter considerato, ut rectè appetatur, & ita sequendo talem cogita- tionem peccare potuit. Denique poterat Angelus in alio instan- ti, ac tempore sequenti peccare sive ex præcedente defec- tu in intellectu, sive alia de causa; sed poterat in primo instan- ti creati cum eadem omnino dispositione in actu primo, quam habuit in tempore sequenti, quando peccavit; ergo etiam peccare poterat in primo instanti. Negat patetatem præfatus Auctor de primo, & alii instantibus; quia in ipso primo om- nium actu, quale est primum dictamen, quod format intelle- ctus Angelicus in primo instanti suæ creationis, non potest formare illud à se, & movendo, seu applicando se; sed debet illud habere à principio exteriori movente, & applicante in- tellectum, & excitante, ut tale dictamen habeat; quia cum sit primus actus, formare illum non potest ex propria applicatione, & excitatione, seu motione sui, cumq; hoc excitatio, & applica- tio in illo primo instanti nequeat recitari, nisi in Deum; hinc est, quod dictamen illud nequit esse defectuosum; in aliis aliis instantibus, & actibus sequentibus, non adest talis neces- sitas, quia in illis potest Angelus seipsum movere, & per seipsum formare dictamen, neque opus est, quod moveatur ab alio exteriori principio; & ideo non est eadem ratio de primo, & cæteris instantibus, & quamvis totum, quod est intrinsecum in potentia peccandi aq; fuerit in primo, ac cæteris instan- tibus; non tamen omne extrinsecum, quia defectu dictamen de- fectuosum, quod est omnino necessarium ad peccandum, & à quo potest formari; & hoc est unicum fundamentum, in quo fundat hic Auctor rationem, licet sancti Thomæ in- tra examinandam, & per quod præcedit opposita solvere ar- gumenta, ut est videre dist. 23. cit. art. 2. ubi illud sufficiens proponit, & declarat à num. 12. sic etiam dilectus Serra qu. 63. art. 3. dub. unic.

Ceterum totus hic discursus multa falla supponit jam a no- bis reiecta dist. 7. de anima qu. 3. art. 2. & 3. supponit enim vo- luntatem semper moveri debere ab ultimo judicio practico in- tellectus, quod saltem esse ostendimus ibi m. 40. quandoquidem simplex apprehensio obiecti intellectu præcedens sufficit voluntati ad operandum; supponit insuper voluntatem in sua operatione determinari ab eodem ultimo judicio practico in- tellectus, quod etiam saltem esse ostendimus ibi art. 3. & tandem supponit voluntatem nunquam peccare posse sine errore, & defectu præcedente in intellectu, quod pariter falsum esse indicavimus ibi m. 55. & adhuc plenus probatur infra nam adhuc omnibus sufficienter propofitis, & consideratis potest voluntas peccare, vel non peccare, quia cum neutra obiecti pars creatam voluntatem necessitet, adhuc utraque parte obiecti attendita, & considerata poterit voluntas pro imata sua libertate alterutram amplecti, vel non amplecti, atque ad hoc peccare, vel non peccare. Deinde quicquid modò sit de hoc, potest Angelus in primo instanti per suam voluntatem applica- ri ad hanc, vel illam cogitationem particularem, ut bene no- tavit Suarez c. 20. num. 42. ergo potest mediante illa peccare, & tale peccatum nullo modo speciali Deo tribuere, quia Deus tandem cogitationem non immitit, sed solum ut causa universalis ad eam concurrat, sicut in aliis instantibus; probatur ad idem, quia in illo primo instanti supponitur Angelus esse creatus cum speciebus omnium obiectorum, quorum Deus vult Angelum habere posse cognitionem si eas ab obiectis non accipit, & has omnes species cognoscit Angelus se habere, vel per actum à se elicium vel etiam si placet à Deo, ut ab au- ctore naturæ immediate insulam, non enro, sed hæc cognitio sufficit, ut voluntas possit applicare intellectum ad utrumcumq; illi, vel tali specie in illo eodem primo instanti, quia ad hunc actum potest non indiget, aut mora, & ob eandem ratio- nem poterit voluntas in eodem instanti consentire, vel differe- re cogitationi de hoc, vel illo obiecto, & ita peccare. Deni- que dato etiam quod Deus mentem Angeli præveniret per cogitationem immisissam, adhuc potest Angelus cum tali cogita- tione peccare abique hoc quod tale peccatum redundet in Deum; quoniam esse tale dictamen non fit defectuosum, & cognitio à Deo immissa fit bona nihilominus voluntatem non necessitat quoad exercitium, ut Adversarii concedunt, ergo saltem omni- sive peccare poterit abique eo, quod tale peccatum Deo tribua- tur; Imò neque opus est, quod necessitet quoad specificationem, ut ipsi contendunt, nam cognitio immissa esse potest de aliquo particulari obiecto, quod licet verum bonum sit; aliquam tamen rationem difficilis, vel incommodam habere, ob quam di- cere possit, ac respici à voluntate, & quod sub utraque ratione

per

per cognitionem à Deo immisissam consideretur hoc autem fas est, ut Angelus possit circa illud peccare, vel ex illo obiecto occasione peccati sumere, ut explicat Suarez cit. contigisse in revelatione unionis hypostaticæ Luciferio facta.

Secundo arguit Doctor loc. cit. in eo primo instanti potuit Angelus mereri, ergo & peccare; antecessens concedunt Thomistæ, quia de facto meruit eliciens actum charitatis vitæ eter- næ meritorium, consequentia probatur, quia libertas, & quæ sufficit ad merendum sufficit etiam ad peccandum; Imò quod requiritur ad meritum, quam ad demeritum, siquidem mereri est quoddam bonum, & perfectum ex integra causa resultans, demereri autem est malum resultans ex quocunque defectu. Quod si afferatur instantia de Christo, qui potuit mereri, & non peccare; hæc instantia nulla est inquit Doctor, etenim in Christo quoque utraque fuit potestas merendi, & demerendi, licet hæc fuerit remota duntaxat, non proxima, ex speciali dis- pensatione, eò quod Christus fuerit simul viator, & comprehen- sor, quod de Angelis dici nequit, qui fuerunt puri viatores quare cum viator, ut sic, simul habebat utramque potestatem merendi, & demerendi, jam pro quo instanti potest mereri, poterit etiam demereri. Respondent Thomistæ cum Cajet. quod voluntas Angeli respectu primæ operationis in eo primo instanti est libera quoad exercitium, non tamen quoad specifi- cationem; erat enim actus ille primus necessario determinatus quoad rectitudinem, ita quod natura Angeli determinat eius voluntatem ad hoc, quod primum ejus vellet fit consonum re- ctæ rationi, & non potest oppositum, supposito quod debeat exire in actum suum, quia ad hoc determinata est. Sed talis determinatio ad actum rectum in illo primo instanti jam ex- plota est supra n. 3. quia voluntas Angeli non magis limitatur & determinatur ad operationem rectam in primo instanti, quàm in tempore sequenti, siquidem natura Angeli non minus vo- luntatem inclinât in alios instantibus, quam in primo, quia semper inclinât per modum naturæ, ergo si in aliis instantibus non afferit necessitatem, quæ tollat libertatem specificationis ad actum bonum, vel pravum, neque id faciet in primo om- nino instanti.

Tum quia si voluntas Angelica in eo primo instanti libera est respectu primæ operationis quoad exercitium, poterit peccare saltem omissionis suspendendo actum, quem tenebatur elicere, supponendo quod Angeli in illo primo instanti præceptum habe- rint, ut convenerant in Deum, sicut de facto habuerant, & Adversarii ipsi concedunt, Respondent, ut quis peccare pos- sit opus esse ejus voluntatem indifferentem esse ad actum re- ctum, & non rectum, seu bonum, & malum, & consequen- ter habere libertatem specificationis, & hoc etiam necessari- um esse ad peccandum omissionis, quia peccatum omissionis includit rationem voluntariæ declinationis, ac per consequens habet necessitatem annexam actum voluntatis non rectum. Sed contra, quia potest dari voluntaria ommissio, quæ etiam sit im- pugnabilis sine omni actu positivo, ut ostendit dist. 7. de anima qu. 4. art. 2. ergo peccatum omissionis non necessitò supponit actum voluntatis, ut adhuc plenus probatur infra dist. 6. Tum quia eadem libertas, ut dicebamus, sufficit ad meren- dum, & peccandum; ergo si libertas exercitii, & contradictio- nis sufficit Angeli in primo instanti ad merendum, etiam ad demerendum sufficere debet; Tum tandem quia si ommissio esse nequit voluntaria sine omni actu, tunc debet admitti po- tuisse Angelum in illo primo instanti elicere actum, quo dice- ret volo omittere, nolo operari; alioquin in eo primo instan- ti non habuisset libertatem exercitii, quæ solum extenditur ad posse actum elicere, vel illum omittere, atque ita mereri non potuisset, quia ad meritum requiritur, quod actus sit liber sal- tem libertate exercitii; per quod relictus responso Ioan. de sancto Thoma n. 32. que cum modo alia coincidit; quatenus inquit dari non posse omissionem moralem culpabilem, quæ vel non sit directè à voluntate volita, & expressè, vel in- directè volendo aliud, ex quo sequitur ommissio, quod ex pro- fesso impugnantur infra dist. 6.

Respondet prorsus Nazarius potuisse Deum imponere præceptum Angeli, ut actum illum elicere, sed hoc admisso non potuisse Angelum actum illum non elicere; primò quia volun- tas ejus erat necessario determinata ad rectitudinem, quæ tol- leretur per omissionem actus à Deo præcepti; Secundo quia ommissio talis actus præxigere actum positum inordinatum, & ideo videtur implicare contradictionem, voluntatem Ange- li ex una parte esse liberam quoad exercitium actus, & esse de- terminatam quoad rectitudinem; & ex alia parte habere præ- ceptum de actu exercendo, nam si determinata est necessitò, & ab intrinseco ad rectitudinem actus, sequitur etiam eam esse necessitò, & ab intrinseco determinatam ad observantiam omnis præcepti, ac proinde positò præcepto de exercitio actus naturaliter, ac necessitò erit inclinata ad illud non omitten- dum, sed observandum, atque ita nulla erit tunc in volunta- te libertas.

Sed hæc responsio destruit in primis communem Thomista- rum doctrinam, quod voluntas Angeli respectu primæ opera- tionis est libera quoad exercitium, non quoad specificationem actus, in quam & ipse Nazarius ibidem consenserat in solutio- ne primi argumenti in contrarium, quod erat Molinæ, ubi ait libertatem voluntatis Angelicæ in eo primo instanti fuisse tan- tum quoad exercitium, non autem quoad specificationem actus Deinde quia si primus ille actus nullo modo fuit liber nec quoad exercitium, nec quoad specificationem, sed merè naturalis elicitus à potentia determinata ad unumquemque non potuit esse præcepti adimpletius, quia præceptum non adimpletur actu naturali, sed libero, ut constat in nobis; neque rarius recur- ras ad instantiam de Christo, qui potuit mereri adimplendo præceptum, abique eo, quod posset proxime peccare illud omitten- do, nam jam supra assignata est disparitas de Christo, Ange- lis, & nobis; alias solutiones ad hoc argumentum afferunt Ban- nes, & Zúmel, quas neque Nazarius ipse approbat, & ali- bene impugnari à Rada loc. cit. apud quem videri possunt.

Tertia ratio ex destructione adversi fundamenti.

Tertiò arguit Scotus, quia si ob aliquam rationem Angelus non posset peccare in primo instanti, maxime quia illud pecca- tum tribueretur Deo, nam universaliter loquendo operatio, quæ simul incipit cum esse rei, est ei ab agente, à quo habet esse, sicut moveri sursum inest igni à generante, unde motus gravium, & levium tribuitur generanti ab Arist. 8. Phys. & claudicatio tibie ex debilitate feminis tribuitur generanti, quæ fuit ratio D. Thomæ art. 5. Sed hæc ratio est prorsus inefficax, ergo &c. Minor probatur, nam si illa propositio esset vera, nempe quod omnis operatio, quæ incipit cum esse rei, est à producente ipsam rem, eique tribuitur; sequeretur Angelum nec etiam potuisse mereri per primam operationem, quod est con- tra eundem D. Thomam, consequentia patet, quia nullus me- reretur per operationem non suam; illa autem prima operatio bona Angeli non esset ipsius Angeli, sed Auctoris illius virtu- te maxime in qua fundatur ratio D. Thomæ. Tum quia si illa propositio veritatem habet, nequit verificari nisi in agen- tibus naturalibus, & non vitalibus, & præsertim quia nō exer- cent actionem ad complementum suum naturale; sed prima actio voluntatis Angelicæ est vitalis, & præsertim, alioquin meri- toria esse non potuisset, unde quando homo hominem claudii, vel cæcum generat, tribuitur tibi defectus homini generanti, quia necessitate naturæ sequitur ea imperfectio factum produ- ctum, & peccatum est defectus liberi, qui non naturam, sed liberam voluntatem Angeli sequitur. Tum quia neque in om- nibus agentibus naturalibus ea propositio veritatem habet, sed tantum in illis, in quibus non esse principium actuum respectu actionis, sed solum se habent passivè; unde illuminatio Solis simul cum Sole incipit, nec tamen tribuitur Deo nisi tanquam causa primæ, & universalis, sed Soli, tanquam causæ propriæ, & in particulari; & statim cum pro odicitur ignis, illuminat domum, & hæc illuminatio tribuitur igni, nec tribuitur gene- ranti ignem, nisi remore eo modo, quo dicitur quod est cau- sa causa esse quoque causati causam. Tum quia etiam in illis, quæ non ponunt habere principium actuum suarum opera- tionum, ut sunt gravia, & levia in sententia Thomistarum omnia quæ tribuuntur generanti, eam primò producit effectum, tribuuntur etiam postea; unde, motus gravium, & le- vium, in eadem sententia semper tribuuntur generanti; licet in vera sententia motus ille revera proficiatur ab activa virtute elementorum; nec alio sensu possit tribui generanti, nisi quia generans dat illis virtutem activam, quæ se movent ut in li- bris de Cælo dictum est; sic etiam emanatio propriarum pas- sionum semper refertur ad causam efficientem ipsius rei, à qua dimanant, quatenus quid dat formam dat etiam naturalem consequentia formam; cum ergo peccatum, quod Angelus post primum litans commisit, non referatur in Deum, ut in causam, nec etiam referretur illud, quod in primo creationis instanti commississet.

Respondent Thomistæ variè explicando rationem D. Thomæ, ut eam efficacem ostendant; aliqui ejus efficaciam exem- plis ostendere conantur, nam in rebus humanis, semper vide- mus auctorem alicuius rei artificiosè per se dirigere primam illius operationem, sic horologii artifex solet illud in loco suo primum constituere, & utrum bene sonet, prius experiri; sic, qui calamum temperat prius experit, an bene atamentum reddat; sic magister solet assistere discipulo in prima actione dis- putandi, ut primus illius fructus quasi auctor sit, ita Grand. tr. 13. dist. 4. Verùm huiusmodi exempla, & similia solum, habent locum in agentibus necessariis, & quæ non sibi libere per- fectionem acquirere possunt, sed eam à suis causis recipere de- bent; unde dum horologium videmus, statim, aut domum malefactam, hæc de causâ eorum defectu artificii tribuimus, quia non fuit in potestate horum effectum se facere perfectos, & eo.

& eorum defectus artificii tribuimus, nequim in primo instanti quo ab illo prodiret, sed etiam in toto tempore sequenti, Deinde exempla illa bene retorquet Ariaga, nam horologarius non exomolo ab initio incumbit, ut solum prima vice bene sonaret, sed maxime etiam aliis vicibus; unde si prima vice bene sonaret, postea vero male, non bonus artifex estimaretur; imò si e contrario fieret, ut prima vice male sonaret, & postea semper bene, iuste estimaretur bonus artifex; & idem pariter dicendum de temperatore calami, & professore, nam Magister adhuc estimaretur bonus, etiam si eius discipulus in palestra prima vice, ut novitius erraret, dummodò in postea semper te bene gerat. Alii verò Thomista cum Caetano illam D. Thom. propositionem in hoc fundant, quod primum in unaquaque re est ratio naturæ, ac consequenter prima operatio cuiuscumque rei est naturalis, quia est a re, in quantum habet rationem naturæ, & quia operatio naturæ, ut sic, est opus auctoris naturæ illius, idè universaliter omnis prima operatio rei, & naturalis est, & auctori naturæ tribuitur; quamvis igitur voluntas libera sit, eius tamen operatio prima naturalis est, quia in ipsa primo consideratur ratio naturæ, & deinde ratio liberata.

Sed contra, nam cum dicitur primam operationem voluntatis esse ab ea, ut natura est, vel sumitur natura, ut contra-distinguitur ab arte, vel à liberate; primum non facit ad rem si secundum, ergò distinguitur voluntas in naturam, & liberatam, quod est distinguere voluntatem in se; & in oppositum sui, quia ut ait Aug. voluntas, ut voluntas, aut voluntas non est, aut libera dicenda est; Deinde actus naturalis est determinatus, nequim quoad specificationem, sed etiam quoad exercitium, imò naturalis maxime consistit in determinatione quoad exercitium, sicut libertas in oppositum indeterminatione consistit, scilicet ad agendum, & non agendum, ut dicitur *disp. 7. de anima*; unde calfactio dicitur actio naturalis ignis, quia positis omnibus necessariis ad agendum requisitis, non potest ignis eam actionem suspendere: ergò etiam prima operatio voluntatis Angeli sit libera quoad exercitium licet secundum Thomistam, alioquin meritoria esse non posset, sequitur eam actionem dici debere simpliciter liberam, non verò naturalem. Tandem concedo etiam primam rei operationem esse a re, ut natura; non rectè adhuc infertur eius primæ operationis defectum esse in Deum reducendum, quia talis operatio non est tota, & totaliter à Deo, sed etiam à voluntate Angeli, ergò si aliquis defectus in ea subrepat, reducendus est in causam deficere potentem, que est rei natura & non in Deum deficere non potentem, ut arguit Doctor, & respondeo primo.

Alii verò vim præfatæ rationis in eo consistere putant, quod Angelus in primo instanti non potest se determinare ad agendum, & idè determinari debet à Deo, ac proinde non potest esse mala determinatio, loquunturque de physica determinatione, vel prædeterminatione; quæ expositio insinuari videtur à D. Thoma in exemplo adducto de motu ignis sursum, idè enim movetur dicitur à generante, quia ab illo accipit inclinationem, & determinationem ad illum motum, quia igitur prima operatio rei est maxime conformis naturæ ipsius, & juxta naturalem inclinationem ipsius rei, consequenter tribui debet illi causæ, que rem cum tali inclinatione produxit. Sed contra, quia vel per talem physicam determinationem intelligitur determinatio, quam impulsivam ex parte potentie ipsi voluntati operatam, & in ea receptam; & cum hæc determinatio physica, vel prædeterminatio ponatur necessaria esse ad agendum, vel propter concursum generalem, vel propter indifferentiam voluntatis à Thomistis, non magis necessaria erit in primo instanti creationis Angeli, quam toto tempore sequenti, quia utraque necessitas in omni tempore, & instanti reperitur; atque idè ratione ipsius, si non potest in primo instanti peccare, nec etiam poterit in aliis, vel si in aliis non obstat, nec etiam in primo obstat. Vel per talem physicam determinationem intelligitur sola inclinatio rei per modum cuiusdam ponderis ad primum actum præcisè spectans, ut inuit exemplum de motu ignis sursum; & tunc quæro an voluntas Angeli possit tali inclinationi resistere, vel non; si secundum, ergò operatio ex tali inclinatione secuta non erit libera nec quoad specificationem, nec quoad exercitium, & sic per eam mereri nequit, quod Thomista non concedunt, & hoc nequim in primo instanti, sed nec etiam in cæteris, quia semper permanet eadem inclinatio indita à Deo; si primum, ergò actio secuta tribuetur voluntati, que juxta, vel contra inclinationem sibi ab auctore naturæ inditam operari voluit, tam in primo instanti, quam in aliis.

II Alii tandem rem explicant de morali determinatione ad primam Angeli operationem necessariam, que esse non potest nisi à Deo; quia voluntas non potest velle, nisi ab intellectu moveretur, & ad volendum inducatur, ergò hæc motio est necessaria etiam in primo creationis instanti; prima autem cogita-

tio intellectus, quia voluntatem movet in primo instanti, non potest esse ab intellectu eo ex ipsius voluntatis motione; ergò esse debet ab extrinseco agente, quod non potest esse, nisi Deus; ergò non potest Angelus per illam cogitationem inditæ in illo instanti ad peccandum alias tale peccatum tribueretur Deo, quia peccatum ab aliqua cogitatione proveniens est tributur, qui talem cogitationem immittit; hæc enim ratione, etiam consulti, ut ad Demoni cogitationem immittentis, ut præbent occasiorem peccandi, tanquam causæ peccatum tribuitur; hinc dicitur di modum referi Suarez *2. 2. 0. 7. 40.* quem sequitur, & fusè declarat Jo. de S. Thom. *loc. cit. n. 12.*

Sed hic quoque dicendi modus iam explosus est supra n. 5. ubi ostensum est, quomodo potuit Angelus etiam in primo instanti per suam voluntatem applicari ad hæc, vel illam cogitationem in particulari; & Scotus etiam ut. F. ostendit, quomodo peccare potuerit prima instanti abiquilla prævia cogitatione à Deo immediate immissa, nempe cognoscendo se ipsam, & simul se ipsum pro illo tunc amando inordinate auctore amicitie. Tam quia si prima omnino cogitatio debet immitti à Deo, ut ibi contenditur, cum prima ratio libertatis nostræ secundum ipsos præferitur sita sit in indifferentia iudicii, utique talis cogitatio esset indifferens ad bonum, & malum; ut servetur libertas voluntatis, ergò quamvis Deus esset auctor primæ cogitationis ad bonum, & malum indifferens, non proinde esset auctor peccati quod fieret in eo primo instanti, quia adhuc liberè sequeretur ex ipsa voluntate Angelica. Tum quia secundum eoldem Thomistam actum peccati est necessaria physica prædeterminatione, que à solo Deo producitur, ad quam magis inaccessibiliter sequitur effectus, quam ad cogitationem Deo immisissam ad bonum, & malum indifferens, sed ex eo quod Deus in voluntate producat eam physicam prædeterminationem, non ob id dicitur auctor peccati secundum ipsos, eo quia adhuc ea posita in voluntate liberè peccati peccatum, ergò pariter in casu nostro eo quod Deus in primo instanti producat etiam immediate talem primam cogitationem in Angelo ad bonum, & malum indifferens, non debere dici auctor peccati, quia adhuc ea posita liberè sequitur actus peccati. Respondet Jo. de S. Thom. ad peccandum non sufficere propositionem obiecti sub indifferentia sed cogitationem ad bonum, & malum indifferens, sed necessariū esse dictam defectuam in intellectu præcedens, quia sine dictam defectuam non potest voluntas aliqua peccare, voluntas enim semper valet ex directione, & motu intellectus, unde si voluntas desit circa bonū sibi propositum, necesse est, quod in ipsa propositione, seu appellatione obiecti volendi sit aliquis defectus, saltem quia non corrigitur, nec dicitur voluntatem, nec feratur in malum; sed totum id esse falsum iam dictum est *disp. 7. de anima. q. 3. ar. 3.* & amplius probabitur inferius ubi ostendimus voluntatem posse peccare absque illo prævio defectu in intellectu, si ergò ita peccavit in posterioribus instantibus, poterat etiam sic peccare in primo instanti.

Postremo, quod non tantum physicè loquendo, & de potentia absoluta, sed etiam moraliter, ac de potentia ordinaria potuerit Angelus peccare in primo instanti, que erat altera pars nostræ assertionis præter n. 3. probatur, quia de potentia ordinaria Deus causas secundas sinit motus suas agere, cum ergò in primo instanti fuerint liberi Angeli, sicut in sequentibus, consequenter potuerunt non minus naturaliter, & de potentia ordinaria in illo primo instanti peccare, quam in sequentibus. Deinde nulla afferri potest ratio con vincens, cur spectata etiam providentia eis debita, non potuerint Angeli permitti peccare in primo instanti, ad eum moraliter loquendo impossibile fuerit eos peccare, ut loquitur tertia sententia media; tenentur ut in 2. libro dictum est, Deus de potentia ordinaria non tenetur eligere meliora; quamvis ergo valde consentaneum fuerit divinæ providentiæ eos manentem in primo instanti, nihilominus neque dissonum esset illi, quod permittisset, ut in peccatum caderent, licet non sit tantum bonum, quia ut dicebam Deus neque de potentia ordinaria tenetur meliora eligere; etenim videmus de facto Deum permittere hominē in primo tuæ conceptionis instanti incurrere originalem peccatum; & etiam quod actualiter peccet in primo instanti, in quo pervenit ad illum rationis, etiam si melius esset id non permittere; quamvis ergo iuxta suam, ac benignam suam providentiam melius sit Angelos præservasse à peccato in primo eorum creationis instanti, idè tamen nullatenus sequitur Deum naturaliter teneri ad hoc non permitendum, & de potentia ordinaria alicui fieri non debuisse, nec potuisse. Dices id permittendo daretur alia existimandi, quod ipse esset per se causa peccati, quod committeretur in eo primo instanti nam saltem quoad alios, si simul cum creatione viderent peccatum, non possent dicitur de eo quod illud esset, an à Deo, an à creatura; ergò videretur omnino divine providentiæ consentaneum, ut non permitat creaturam peccare in primo instanti. Negatur assumptum, ad probationem eam, quod extaret alia creaturæ rationis capaces, utique sentirent Deum non cogere ad peccatum

peccatum, sed homines voluntariè illud patrare; unde videndo illud liberè commissum, voluntariè Angeli hoc adhiberent tanquam per se causæ, & imputari deberet, sicut de facto voluntati nostra tribuitur, & non Deo, tanquam auctori etiam si ex eo vel principalis cum ipsa concurrat ad actum peccaminolium.

ARTICULUS SECUNDUS.

Rationes ad oppositum solvæ.

IN oppositum plures rationes adducuntur pro impeccabilitate Angeli pro primo instanti, quas etiam examinat Scotus, solvit *loc. cit.* nos hic potiores afferemus; Primum itaque aliqui arguunt à posteriori, nam de facto ex tanta Angelorum multitudinem nullus peccavit in primo instanti; ergo signum est hoc possibile non fuisse consequentia parit, quia si id possibile fuisset, quomodo nec quidem unum talem potentiam non rediit ad actum? Suarez *loc. cit.* ait hæc rationem physicam impotentiam non offendere in Angelis, quia ex sua libertate poterunt casu, omnes non peccare, maxime cum eis facilis esset non peccare; bene tamen moraliter, nam ea que nunquam Deus fecit, neque facturus est, non sunt legibus ejus ordinatæ providentiæ consentaneæ, cum igitur nec permittit, nec permittitur sit peccatum creaturæ in primo instanti suæ creationis, signum est hoc esse saltem moraliter, ac de potentia ordinaria impossibile.

Respondeo argumentum nec quidem leviter unam vel alteram impotentiam offendere, ratio enim cur de facto nullus peccaverit, est quia omnes in gratia creati sunt independentes à meritis, ut ab initio questionis dictum est; cum igitur regulariter, & de potentia ordinaria peccatum sit cum gratia incommensurable, hinc est quod nullus de facto peccaverit, quo tamen nullum argumentum deduci potest ad eos in pura natura, aut sine gratia habituali creator, in quo sensu tantum hic agitatur questio; Neque modus, licet arguendi Suarez ad ostendendam ex hoc capite saltem moraliter impotentiam peccandi in Angelis in primo instanti, ullo modo admitti potest; hoc de facto non fit, ergo non potest, nisi miraculose plura quog; postea facere Deus, que non facit, absque ullo miraculo, cum igitur hoc argumentum à posteriori nihil concludat, conati sunt alii reddere rationem à priori, non tamen ex eodem capite.

Secundò arguunt alii, quia nulla res potest habere operationem in eodem instanti, quo fit sibi coævam, alioquin causa effectum non præcederet, & sic sol, lucem producit, neque necesse est causam præcedere effectum duratione, sed tantum natura, ut satis ex philosophia constat; Idè alii dicunt illud assumptum saltem in casibus liberis habere locum, quia volitio libera non potest simul incipere cum voluntate illam eliciente, vel enim potest illum actum elicitè liberè potentia antè actum, vel potentia cum actum non primam, quia antè primum instantis voluntas non erat; neque, servandum quia in eo instanti, quod causa non causat effectum, nisi ut prior natura, non prior tamen potest esse non sit duratione prius causa, quam causans tamen prior sui natura; unde ut voluntas liberè operari dicatur satis est, quod sit potens, & indifferens prius natura, quam operetur, & pro eodem instanti determinetur, alioquin libertas arbitrii tolleretur, nam voluntas per se in illo instanti, quo operatur, non elicit actum liberè, & non elicit illum liberè, ante quam eliciatur, ergo nunquam liberè elicitur, atque idè *disp. 7. de anima. q. 2. ar. 2.* diximus voluntatem esse liberam etiam eodem, quo operatur, instanti, cum ergo dicitur, inquit Doctor, aut potuit Angelus peccare in primo instanti potentia ante actum, vel potentia cum actum, respondendum est, quod potuit peccare potentia ante actum anterioritate, vel ordine nature, neque est necesse, quod potuerit prius tempore, vel duratione. Hinc alii ulterius adhuc limitant illud assumptum, quod actus liber nequeat simul incipere cum voluntate, ut intelligatur de actu voluntatis, plene deliberato, qualis ad peccandum requiritur, dicunt enim actum voluntatis sic deliberatum non posse esse in primo instanti etiam in Angelo, quia in primo instanti non potuit simul multa intelligere distinctè, sicut ad deliberationem requiritur, undè concludunt etiam Angelum tempore indigere ad deliberandum.

Respondet Doctor negando ad deliberandum, ut sic, requiritur temporis successio, hoc enim ad summum verificatur respectu voluntatis necessariò operantis ex prævio dictu; idè enim homo ad deliberandum tempore eget, quia discurrendum debet perfectam sibi comparare notitiam obiecti, & circumstantiarum eius, Angelus autem licet cetera obiecta propositionis discurrendum possit, ad hoc tamen additringitur, sed potest uno, ac indivisibili actu absque discursu plene, & perfectè obiectum cognoscere cum omnibus circumstantiis, hæc enim omnia ita

sunt inter se connexa, ac ad unum finem ordinata, ut unica intellectione attingi possint in eodem instanti absque temporis successione, accedit ad peccandum non semper necessariam esse plenam, sed interitum sufficere semiplenam deliberationem in simplici apprehensione obiecti consentientem, ut infra patebit. Denique Doctor has retorquet rationes in adversarios, quia ex his non tantum duceretur Angelum non potuisse in primo instanti peccare, sed nec etiam bene moraliter operari, quod tamen ipsi non negant, sequela patet, quia ad merendum necessaria est non minus libera, seu deliberata operatio, quam ad peccandum: vel si sine deliberatione potuit mereri, in primo instanti, multò magis peccare, quia bona operatio non potest esse nisi concurrentibus omnibus debitis circumstantiis, sed mala quacumque deficiente.

Tertiò arguunt alii, nulla voluntas peccare potest, nisi ex efficaci cogitatione boni apparentis, & minus efficaci consideratione boni veri, & honesti, sed Angeli non potuerit in primo instanti suæ creationis efficaciorē habere cogitationem boni apparentis in honesti; quam veri, & honesti ergo non potuerunt in eo instanti peccare; maior supponitur ex D. Thom. *p. p. qm. 63. ar. 1. & p. 2. q. 77. ar. 2.* minor verò probatur, quia in primo instanti, si Angelus formatur sibi cogitationem, debet formate eam in quam magis inclinatur ipsa natura, & cuius vivaciore, & fortiores habet species; magis autem inclinatur ad bonum honestum, quam in apparentem, & fortiores habet species de illo, pluraque motiva, & efficaciora, ergo illa omnia fortius, & efficacius considerabit, quia tunc in primo instanti non movetur intellectus ad cogitandum ex voluntatis imperio, sed naturali motione ab obiectis, quorum efficaciores habet species; si verò à Deo immittatur tunc cogitatio, immittere debet efficaciorē, & vivaciorem, quam petit ipsa natura; Angeli secundum se quod si non fecerit, illegitimi ad malum, critique causa peccati, quia postulante natura meliorem, & vivaciorem cogitationem, Deus minus efficaciter immittit; ita Arrabal *disp. 179. q. 2.* ad hæc sensum trahit rationem D. Th. n. 8. propositionem, idè non potuisse Angelum in primo instanti peccare, quia tale peccatum Deo tribueretur.

Respondeo maiorem esse falsam, vel saltem dubiam, non enim est certum, quod ex duobus obiectis inæqualiter propofitis, & cum inæquali vivacitate, aut efficacia, ex parte intellectus, non possit voluntas pro sua libertate inclinare in id, quod minus efficaciter proponitur, relicto vivaciore; imò valde probabilius est posse voluntatem in minus bonum, & minus bene propofitum inclinare in meliorem relicto; ut ex introitu dixi *disp. 7. de anima. q. 6. ar. 1. num. 129.* quod spectat illud Medæ apud Ovidium: *Videt meliora, proboque deterrita sequor*, sive ergo efficacior illa cogitatio boni honesti immitatur à Deo pro illo primo instanti, sive exciteur in Angelo ex naturali motione specierum, & obiectorum, ut probabilis esset, parum conducit ad hoc, quod Angelus in primo instanti peccare non potuerit, quia potest voluntas pro sua libertate, & inter æqualia bona unum per alio, & inter æqualia etiam, quod minus est, & remissius proponitur, amplecti, ut *loc. cit.* dictum est; atque idè etiam Jo. de S. Thoma fatetur rationem D. Thomæ sic explicatam non urgere.

Idè hic Auctor *loc. cit.* alio modo explicat rationem D. Thomæ dicens, quod peccatum Angeli pro primo instanti deberet Deo tribui, quia prima cognitio, quam habuit Angelus in primo instanti, fuit immediate à Deo immissa, eò quia Angelus in primo omnino actu non potest seipsum movere, & per seipsum formare dictam intellectus, sed debet ad illud moveri ab alio principio exteriori, quod esse nequit nisi Deus; sicut ergo Deus quando in nobis sine nobis aliquam immittit inspirationem, dicitur per eam esse causa moralis, & præcipua liberi nostri consentiens ad eam sequens; ita quoque dicendum esset in proposito de actu peccaminoso Angeli ad primam cogitationem sequente à Deo immisissam.

Respondeo iuxta dicta n. 5. quod etiam si concedatur Angelum in primo instanti habere cogitationem, quam necessariam suæ substantiæ v.g. & omnium eorum, quæ habet in se vel immediate à Deo immisissam, vel immediate ab ipsi obiectis, vel speciebus causatam, quia illa prima cognitio non potest à voluntate imperari, ut fatetur Doctor *2. disp. 42.* voluntas enim non feratur in incognitum; at tamen supposita illa cognitione in aliquo priori nature post voluntas in posteriori instanti nature liberè applicare intellectum ad attentionem quandam consuetudine alicuius obiecti repræsentati per speciem à quo obiecto allicitur ad peccandum, & ita peccare potest, quare cum in primo instanti non solum esse possit cognitio necessaria à Deo immissa, ad quam si peccati sequeretur, Deo utique tribueretur, sed etiam cognitio imperata à voluntate Angeli; si ad hæc sequatur peccatum, planè non Deo tribui debet, ut auctori, magis in primo instanti, quàm ceteris; Nonne valet patitas adducta de gratia excitante, & inspiratione in nobis à Deo operata sine nobis quia actus peccati non sequitur ad cognitionem necessariam,

quæ dicitur Angelo immiffa in primo instanti, ficut actus bonus fequitur ad inspirationem divinam in nobis immediate operati, fed potius fequitur ad cognitionem liberam imperatam à voluntate. Deinde negatur etiam ex eo præcedere actum bonum Deo tribui, quia fuerit auctor primæ cogitationis, ex qua talis actus bonus fequitur; nam alio quoque de caufis illi tribuitur, nimirum quia eo fine, & intentione illam Deus producit in nobis, ut ex ea bonus fequatur actus; Tum quia tales cogitationes, & inspirationes funt indubitæ, & fuprà naturæ exigentiam; at cogitatio ad bonum, & malum indifferens, qualis exigitur à Thomis, ut voluntas fua libertate portatur, non eft indubitæ, & fuprà naturæ exigentiam, fed naturæ intellectuali conaturalis, & debita quatenus eft libera, & pro quolibet durationis instanti indifferenter operativa.

17 **Quartò**, operatio naturalis neceffariò præcedit liberam; ergo in primo instanti non potuit ejus operatio efle mala, quia talis efle debet libera, probat Cajet. affumptum, quia primam in unaquoque re eft naturæ ratio, ac per confequens primà operatio ejusdemque re eft naturalis, ut potè à te illa, in quantum naturæ rationem habet, proveniens. Refpondeo argumentum, quæ probare, non potuiffe primam Angeli operationem efle bonam; quod tamen ad veritatem non admittunt, fi quidem in naturalibus neque meretur, neque demeretur; affumptum igitur in eò tantum fenfu eft verum, quia operatio intellectus, quæ eft naturalis, præcedere debet operationem voluntatis, quæ eft libera; non autem quia etiam voluntas ipfa aliam habeat operationem naturalem, & aliam liberam, & illa præcedat iftam, ut videntur intendere Thomifæ; & quando dicimus operationem naturalem intellectus præcedere debere liberam voluntatis, non de præcedentia in duratione intelligendum eft; fed tantum ordine nature, cum quo fiat, ut amba ex eodem tempore in eodem instanti durationis. Quod etiam dicendum eflet, fi etiam voluntati potuiffet aliqua operatio naturalis adferri, tunc enim neque adhuc concluderetur intentum, quia adhuc dici deberet, quod operatio naturalis voluntatis præcederet liberam prioritate nature, non durationis, unde poffet Angelus in illo primo instanti duratiōis prius natura fe amare naturaliter, & fimul tempore liberè fibi velle aliud obiectum malum, & fe pofterius natura peccare. Quod fi infles operationem naturalem, & neceffariam debere etiam durationis ordine liberam præcedere, hoc omninò negandum eflet, fupponitur namque id, de quo tota eft controverfia; de quo argumento vide dicta *num. 9.* & plura apud Suarez *loc. cit. n. 14.* Neque impoffibile eft plures actiones, & mutationes in eodem tempore instanti ex eodem fervato folo inter fe ordine nature, nam Luna in eodem tempore iftam, in quo accipit lumen, à Sole, diffundit ipfum in alias partes mundi, unde folum prius natura dicitur Sol agere in Lunam, quam Lunam in medium.

18 **Quintò**, Angelus non potuit à fe habere primam volitionem; ergo non potuit peccare in primo instanti; confequentia patet, quia actus nequit alicui imputari, ut malus, nifi ab eo procedat, antecedens eft Anfelmus de calu Diaboli. c. 13. ubi fic arguit; fi Angelus habuit primam velle à fe, vel id habuit volens, vel nolens; neutrum autem dici potefl, quia utrumque in infinitum re ipfa ante illum actum inferri alium præfiffet; nam fi volens habuit primam velle, ergo illud non eft primam velle; fi nolens, idem fequitur, quia ante illud velle noluit illud, igitur voluit illud non efle, ergo primus actus Angeli neceffariò eft ab auctore nature. Refpondeo rursus hanc rationem ex Anfelmò deductam plus probare, quam adverfarii velint; probat enim nec Angelum potuiffe mereri in illo primo instanti, operatio enim, quæ ab Angelo non procedit, ut fempote, ficut nequit efle peccatum, quia libertate caret, ita nec meritum, utrumque enim libertatem requirit; ait igitur Doctor, quod primam volitionem habuit Angelus à fe, ficut fecundam, cum fint ejuſdem rationis; quia fi primam velle non haberet à fe, fed ab alio, daretur processus in infinitum; nam vel haberet illud ab alio volens, vel nolens; quod fi dicat habere illud ab alio nec volentem, nec nolentem formaliter, fed virtualiter; præſtabit dicere, quod illud haberet à fe nec volens, nec nolens formaliter, quia primus actus voluntatis dicitur tantum voluntatis virtualiter, feu effectivè, principiativè, ac elective, non formaliter, ficut enim dicitur tantum volitum, quod efle volitum per modum obiecti, non verò per modum actus, quando enim voluntas etiam primò vult, fimul vult fe velle, non per actum formaliter reflexum, fed per ipſummet actum volendi obiectum, qui virtualiter in feipſum reflectitur, & idèò intrinſecè, ac per fe voluntatis vult, unde idem actus, qui efle formalis volitio obiecti, efle virtualis volitio fui ipſius; Anfelmus variè exponitur, Secutum enim interpretatur vel per primam velle non intelligat primam voluntatis actum, fed ipſam potentiam voluntatis; quod fi hanc expofitionem non recipit, fed per primam velle re vera intelligit primam voluntatis actum, ait Baſſolius in hoc particulatim dimittendum efle, quia ejus ratio non concludit, & fic etiam loquuntur Ariaga, Amicus, & alii.

Dices, inter voluntatem, aliâque potentias hoc verſari dicrimen, quod alix funt natura fua determinatæ ad actus suos, & idèò actum fuum primum effectus valent, voluntas autem non efle de determinata, fed ab alio determinari debet faltem ad fuum actum primum, quia ad agendum virtus activa non fufficit, fed opus efle determinatum. Refpondeo per hoc argumentum nedum probari voluntatem ab alio determinari debere in primo instanti; fed etiam in aliis fequentibus, quia in omnibus de fe indeterminata efle, ac indifferens; negatur ergo voluntatem ab alio determinari debere ad actum fuum, ita enim efle indeterminata ad actum, ut etiam fit domina fui actus, quod non habent aliæ potentæ etiam à fe; & hinc efle, quod voluntas alius potentias fibi fubiectas applicat ad exercitium fuorum actuum, ipfa verò ab alia facultate non movetur, aut applicatur ad agendum, fed feipſam applicat, & determinat per actualem elicitionem fui actus; ex quo tandem fit actus altatum potentiarum voluntati fubordinatum efle voluntatis per actus voluntatis, & participativè, actum autè à voluntate elicatum per feipſum voluntarium efle; ut fuprà declaratum efle *diff. 7. de anima q. 1. & feq.*

19 **Sextò** arguit Malonius l. c. fi Angelus in primo peccaret inſtanti, Deus eflet caufa talis peccati, probat cõſequentiam, quia actus fecundus fupponit actum primum proportionatum, nam lapis non defcendit, nifi per gravitatem fit in actu primo conſtitutus; nec ignis afcendit, nifi per levitatem, quam habet in actu primo; nec oculus videt, nifi in formatuſpecie nifiſibi, & conſtitutus in actu primo, & fic de alijs; ergo ut Angelus fit malus in actu fecundo in illo primo instanti, fupponendus efle malus in actu primo fufficiente ad peccandum; in eò autem instanti non habet actum primum, nifi à Deo, quia nulla potentia efle caufa fui actus primi; fed tantum actus fecundi, ergo & c. quævis autem hoc argumentum à Malonio adducatur ad probandum Angelum non potuiffe moraliter, & de potentia ordinata peccare in primo instanti, atamen fi quid vult, probat etiam, quod neque naturaliter, & de potentia abſoluta peccare potuiffet, ut bene obſervat Suarez *loc. cit.* Refpondeo negando cõſequentiam, ad probationem dico minimè opus efle ad eum fecundum malum præſupponere actum primum malum loquendo de malitia morali, nam ipſe actus primus producitur, & non ab alio malo, alioquin daretur processus in infinitum; ut ergo fervetur proportio inter actum fecundum, & primum, fufficit, quod præcedat actus malus malitia phyſica, hoc efle potentia ex fe imperfecta, fed defectioſa in capax, quatenus ex fe nihil, & que tunc immediate potefl efle à Deo, quia non efle inconveniens Deum efle caufam mali phyſici, fed tantum moraliſ; & quod enim aliqui dicunt potentiam peccandi non efle immediate à Deo, fed potius ex ipſa ſubſtantia creata immediate manente, cum fit virtus potius ad defcendum, quam ad faciendum, efle ſola que illo de nomine, ut notat Ariaga, de qua videndus efle Doctor *2. diff. 43.* cum enim ea imperfectio non fit diſtincta ab ipſa ſubſtantia creata, fed ei realiter identifiata, vel faltem neceffariò fequatur ex poſitione voluntatis creatæ; planè fi Deus producit Angelum, ejuſque potentias; non potefl non producere eam imperfectionem potentie identifiatam, aut ex illa naturaliter reſultantem. Dices caufam debere continere effectum, ergo caufa peccati debet continere peccatum, atque idèò actus primus peccatum præcedens debet efle malus formaliter etiam malitia morali. Refpondeo hanc inſtantiam nedum urgere pro primo instanti, fed etiam pro toto tempore fequenti, & alioquin Deus producens creaturas debet continere imperfectiones earum; non requiritur ergo in caufa continentia formalis imperfectionum, fed tantum perfectionum, ut conſtat in alato exemplo de Deo creatoras producente, & fic in re noſtra minimè opus efle, ut voluntas creata contincat in fe formaliter malitiam moralem, fed fufficit fi fit minus perfecta in genere phyſico.

Dices rursus, ſub actu primo in propoſito non includi ſolum vim activam voluntatis, fed omnia requiſita ad peccandum, ut propoſitio obiecti, cogitatio intellectus cõ apprehenſione, & iudicio, confideratione, vel inconfideratione, aut deceptione ſufficiente, vel neceffaria ad peccandum; fed hæc omnia non potefl habere voluntas à fe in primo instanti, fed tantum à Deo talem cogitationem, immitente, aut iudicium prædictum dicens hic, & nunc, hoc efle volendum, fed agendum, quod fine malitia morali fieri nequit. Refpondeo ex dictis *num. 5. & 11.* minimè neceffarium efle tale iudicium prædictum, fed ſolum iudicium indifferens de bonitate, & malitia obiecti, ac etiam inter dum ſolum obiecti apprehenſionem abſque ullo iudicio; neque opus efle tale iudicium, vel apprehenſionem à ſolo Deo imitti, fed poſſe Angelum etiam in primo instanti per ſuam voluntatem applicari ad hanc, vel illam cogitationem in particulari; & quamvis etiam concederemus à Deo immediate imitti, ac efle auctorem primæ illius cogitationis, non proinde eflet auctor peccati, quod fieret in eo primo instanti, quia peccatum actus liberè fequeretur ex ipſa voluntate Angelicâ, cum

cum ſupponatur tale iudicium efle debere indifferens ad bonum, & malum ad ſervandum voluntatis libertatem.

20 **Postremò** arguunt Auctores terriæ ſententiæ probando in faltem impoſſibile fuiffe moraliter, & de potentia ordinariâ; quia de facto non permiffi peccatum Angelorum in primo instanti, ergo dicendum efle de potentia ordinariâ non potuiffe illud permittere, & quævis poſſet de abſoluta; Deinde Patres afferentes omnes Angelos malos aliquando fuiffe bonos, ſupponunt Angelos non poſſe efle malos in primo instanti, aliud enim cognoscere non poterunt, quod omnes aliquando boni fuerint; Denique in illo primo instanti ex una parte nullum habuit vehementem motum ad peccatum, neque ex parte tentatoris, quia nullus adſuit, neque ex parte ſue nature, que non erat ſicut humana prava, & proclivis ad peccatum, imò potius inclinata, & propensa ad bonum, & ex alia parte agnovit ſe excitatum, & motum à Deo ad convertendum re in eum, & præſtandum illi obedientiam, obsequium, & amorem; ergo moraliter loquendo non potuit pro illo instanti peccare, patet confequentia, quia in fenſu morali, ſeu moraliter loquendo id dicitur impoſſibile, quod ægè, & difficile fit ſpectatis circumſtantijs, & impedimentis.

Refpondeo negando cõſequentiam; Deus enim ex mero fuo beneplacito omnes Angelos in gratia condidit ab initio, & nullus eorum peccavit ex propria libertate gratia Dei ſuffulta, unde etiam de potentia ordinariâ, & abſque ullo miraculo oppoſitum contingere potuit. Ad fecundum negatur antecedens, ad probationem dico Patres illud ex Scriptura colleſſe docente Angelos in gratia fuiffe conditos, cum quo peccatum efle impoſſibile de potentia ordinariâ, unde potius deducitur agnoviſſe, quod fine gratia, & in pura natura conditi potuiffent in primo instanti peccare. Ad ultimum negatur confequentia, licet enim ex illis capitibus facilis fuerit Angelus in primò instanti non peccare, quam peccare; non tamen fequitur id fuiffe adeò difficile, ut dici debeat moraliter impoſſibile, ac de potentia ordinariâ; nam in alio quoque instantibus, Lucifer illa omnia habuit, nempe exemptionem, & motionem, ut converteretur in Deum, eamdem naturam in bonum inclinam, & propensam, & nullum provocatorem habuit ad peccandum, & tamen de facto peccavit; alie obiediones, que contra hanc partem fieri ſolent, faciè ſolvuntur ex dictis *num. 12.*

QUÆSTIO SECUNDA.

An Dæmones peccaverint ex aliquo defectu intellectus præcedente.

21 **Non** potefl hæc quæſtio reſolvi, nifi prius explicetur alia difficilia communis Angelis, & hominibus, an peccare poſſit voluntas nullo præcedente defectu in intellectu, cujus reſolutio licet haberi poſſit ex dictis *diff. 7. de anima q. 3. art. 2. & q. 6. art. 1.* exactius tamen hic examinanda venit pro reſolutione præſentis quæſtionis; cum autem quæritur, an poſſit efle peccatum in voluntate fine defectu præcedente in intellectu, ſermo efle de defectu, qui vitari poſſit ab eo, qui illum patitur, habendo actum contrarium, quo poſito vitaretur peccatum facillimè, quia ratione ejus carentia dici potefl origo, & occaſio peccati; hic autem defectus duplex efle potefl, unus poſitivus in actu, ſcilicet poſitivus erroneo conſiſtens, qualis efle ignorantia prævæ diſpoſitionis, alius privativus, qualis efle ignorantia ſimplicis privationis, conſiſtens in carentia cognitionis alioquæ, que ſi exiſtiſſet, peccatum impediſſet; vel licet non fit ſimpliciter carentia cognitionis, faltem erit carentia majoris intentionis ejuſdem cognitionis, & vehementioris propoſitionis de illo bono, & dici ſolet aliquis inaduertentia, & inconfideratio.

Quoad hanc univerſalè difficultatem Angelis, & hominibus communem Thomifæ afferunt cum D. Thomaſe *q. 63. art. 3. & p. 2. q. 77. art. 2.* non poſſe voluntatem peccando deficere, nifi in intellectu præcedat aliquis ex prædictis defectibus, quo nõ exiſtente nec in voluntate eflet peccatum; in præſenti verò quæſtione ſpeciali de Angelis ſtatuit quidem Angelum non peccaffe ex ignorantia, aut errore ex parte obiecti, quaſi ignoraverit, aut malè iudicaverit de bonitate obiecti, cum fuerit plenus ſapientia, fed dicunt peccaffe ex inaduertentia, vel inconfideratione re tenente ex parte modi, quem in appendendo ſervare debebat, vel circumſtantiaſ alicuius, quam ſi diligenter advertiſſet, peccatum non incurriſſet ita paſſim Thomifæ circa citata loca, quæ citat Suarez *lib. 7. c. 4. & feq.* ubi cumulatè agit de hac materia. Scotifæ verò, & Nominales utrumque negant; nam quoad difficultatem communem Angelis, & hominibus ajunt, quod licet ſpectato naturali, & ordinario modo operandi voluntas creata loeat in intellectu præcedere aliquam inconfiderationem eorum que poſſunt à peccato voluntatem retrahere, tamen abſolute loquendo non efle neceſſe, ut omne peccatum voluntatis procedat ex aliquo defectu intellectus, quia procedere potefl ex ſola voluntatis eligenſis; atque in præſenti quæſtione tanto

*Modo in Secunda Sententia.*

magis hoc afferunt de Angelis, quod non peccaverint ex ignorantia, aut aliqua inconfideratione, vel inaduertentia privativa, fed cum pleniffima ſcientia, & ex mera malitia; ita Scorus *2. diff. 6. q. 1. ad 3. & 3. diff. 36. art. 2.* ubi fuſe probat dari poſſe diſtinctam prudentiam fine actibus virtutis moraliſ confequentibus, & confequenter defectum in voluntate fine prævio defectu in intellectu, quem præter Scotifas plures fequuntur Recentiores Valentia, Molina, Becanus, Lezana, & alii, aliqui tamen, ut Suarez *cit.* & Ariaga *diff. 23.* licet afferant cum Scorio non efle ſimpliciter neceſſarium defectum ex parte intellectus ad peccandum, adhuc tamen affirmant Angelos peccaffe ex aliqua inaduertentia.

ARTICULUS PRIMUS.

Reſolvitur quæſtio ut efle communis Angelis, & hominibus, an omne peccatum ſupponat defectum in intellectu.

22 **Icò** Primò, ut regulariter homo male operetur, aliquis ut plurimum præcedit defectus in intellectu, non quicumque, fed præcisè talis confiderationis defectus, quæ morali certitudine quadam peccatum impedit. Fundamentum hujus aſſertionis poſſimè ex auctoritate, nam in primis in ſacra Scriptura omnia peccata tribuuntur alicui defectu intellectus, Jerem. *22. deſoluntione deſolata eſt terra, quia nemo eſt, qui vocet corda;* Itaq; *5. propter eum captivus dicitur eſt populus meus, quia non habuit ſcientiam.* Proverb. *14. errant qui operantur malum,* unde in eadem Scriptura homo juſtus paſſim appellatur ſapiens, peccator verò ſtultus, in quo ſenſu illa verba *plal. 37. putruerunt, & corruptæ ſunt vicarices meæ à ſtultie inſipientia meæ.* Baſilius explicans ait, inſipientiam ſuam ſtultum factum nominat ab inſipientia procedens, omne enim peccatum propter ſtultitiam fit, & Art. *3. Ethic. c. 10.* omnis pravus efle ignorans, & *7. Ethic. c. 2. 3. & 10. & 2. magnorum moralium c. 7.* dixit incontinentem idèò peccare, quia non attentè confiderat, quæ habitu novit, & *6. Ethic. c. 13.* virum pravam errare circa agibilia, quia pravitas illum errare facit, idipſum denique probant, & nil aliud, omnia teſtimonia, quæ congerit Vaſquez *diff. 12. c. 5.*

Ratio verò clara efle, quia malitia peccati tanta efle, ut ſi perfectè pro viribus penetraretur, & confideraretur, certè detereretur hominem à peccato; videmus enim alia mala peccato longè minora tantam vim habere, ut quaſi ſemper hominem bene attendentem moveant ad eorum fugam, ut dicitur *diff. 7. cit. de anima n. 63.* quis enim melius compoſe pro uno homine præceptum deducit, majus autem malum efle peccatum, quam præceptum; nullus ergo unquam, vel faltem tunc peccaret, ſi perfectè attenderet pro viribus, & confideraret peccati turpitudinem, & in hoc ſenſu dicitur Beeta *2. in omnibus operibus tuis memorare noſſiſſima tua, & in æternum non peccabis,* idèſt ſi attentè confideraveris noſſiſſima, nunquam idèſt rariffimè peccabis; hoc etiam ſenſu dicit Moyses Deuter. *32. meminum ſaperent, & intellexerent, & noſſiſſima præviderent,* quem locum ponderat Auguſt. *11. de ſpeculo peccatoris* in principio ad hunc ſenſum; vide etiam Chryſoſt. *hom. 4. in Iob.* ait fine oblivione Dei peccata non contingere, & Bernard. *lib. 1. de confid. c. 2.* Certiffimum ergo efle omnes, qui peccant, idèò plurimum peccare, quia carent aliqua cognitione, vel attentione, quam ſi haberent, proculdubio non ita de facili peccarent; & in hoc ſenſu omne peccatum oritur, ut plurimum ex aliqua ignorantia, vel inconfideratione, tanquam ea removente hominem moveri aliqua tunc uno verbo inſinuat, quem antè movere non poteramus plurimis verbis, & rationibus, quæ ſi homo confiderat etiam nedum motu moraliter ſufficientia ad voluntatem cohibendam ab actu malo, fed etiam ea, quæ efficiacia quadam morali illam certiffimè ad eum retraherent, homo non adeò frequenter in peccatum laberetur; Et totam hanc doctrinam aperte docuit Doctor ipſe *2. diff. 22. q. unic. C. dum ait peccatum primi parentis poſſe dici ex ignorantia, quia, ſcilicet non conſideravit, quanta pena ad illum peccatum eflet ſecutura, quod ſi conſideraſſet certiffimè, vel faltem non ita de facili peccaffet; & in hac conſequentia, ait Ariaga *diff. 23. ſect. 7.* omnes auctores convenire, ut pote que experientia ipſa probatur.*

23 **Sed** contra hanc Concluſionem, Primò obijciat, quod ex ea fequitur peccatum quodlibet efle ex ignorantia, vel faltem non bene diſtingui peccatum ex malitia à peccato ex ignorantia, cum etiam in eo aliqua includatur ignorantia, vel inaduertentia; Refp. negando ſequelam, primò quia licet dicamus ita de facto contingere, ut in pluribus, nõ tamen negamus de facto licet minus frequenter, etiam oppoſitum contingere poſſe, peccatum ſcilicet, abſque ullo prioris defectu in intellectu, ut dicemus poſtea; Deinde etiam in calu frequentiori nego ſequelam aſſerunt enim adhuc hæc peccata ex eo, quod qui peccat ex ignorantia ignorat illud obiectum efle malum v. g. efle prohibi-